



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Collegiis Canonicorvm Per Germaniam, Belgivm,
Galliam, Hispaniam, Italiam, Aliasqve Orbis Christiani
Prouincias, Liber Singvlaris**

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1615

Capvt LXII. S. Foillani Fossense Collegium in Comitatu Namurcensi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11227

vero tempore decem additis, in tricenarium profecerunt numerum, Ita Gesta Notgeri ab Ortelio edita tradunt.

AEGIDIUS Bucherius in Chronico, refert istud S. Dionysij templum anno 987. Kalendas Maij à Notgero dedicatum fuisse.

Factus est autem Notgerus Leodienfis Episcopus anno 971. & obiit anno 1007. die Iouis in cœna Domini IV. Idus Aprilis.

CAPUT LXII.

S. FOILLANI FOSSENSE COLLEGIUM in Comitatu Namurcensi.

Foffense monasterium opibus S. Gertrudis Virginis Niuellensis à S. Foillano exstructum fuisse ex Sigeberti Chronico ad annum 648. constat. Quo quidē à Normānis vastato, ut arbitror, eo ipso in loco Notgerus Leodicēsis Episc. Canonicorū cœtum instituit. Quare in Historia vitæ eius ab Ortelio in Iterario Belgico edita sic legas; *Notgerus Fossensem Ecclesiam condidit, ac muro & turribus circumdatis communiuit.*

CAPUT LXIII.

MOSPVRGENSE OLIM MONASTERIUM, nunc Canonicorum collegium in d. Frisingensi.

Arnoldus Imperator monasterium & Abbatiam Moßburg anno 895. dedit ac subiecit